

2713

H O M I L E T I C I.

2714

*tis quia pro grege domini meruit coronari. v. Fidei namque constantia feruens ideo tripudiat sanguine laureatus. R. Infectione uuandalorum dum perfunderetur gallia beatus desiderius præerat lingonum presul uenerandus. v. Virtutibus perquam insignis ac genere pollens. R. Depopulatis gallis gens barbara direxit tandem — ad capiendum lingones ciuesque ut neci darent nisi christum spernerent. v. Auiditatis instinctu urbem affligentes. et ut legis diuine instituta delerent. In II. Nocturno. A. Agmine hostili cum foret urbs uallata beatus desiderius compellabat dominum ut plebi sue adesset in persecutione grassante — bellico sacer praesul muri conscendit celsa ut alloquendo truces compekeret. A. Dei miles tunc inquit interritus o miseri comprimate manus quia Christi cultores sumus ipsumque uerum confitemur deum. R. Sacerdos desiderius cum hostica manus urgeret — urbem bellicis cohortibus inquit agite queso parcus quia Christum deum colimus illique uere famulamur. v. Nolite in nobis admittere scelus. per quod dei iram uobis prouocetis. R. Cum scelerata multitudo persistere ciues cerneret in confessione deitatis nitebatur acrius moenia capescere urbis. v. Presulem sacrum cum plebe fidei ut improba cohors impie neci daret. R. Atrox turba demum urbem coeperat — Reliqua valde extrita sunt. Quae legi possunt, adprime cum Actis a Warnabario excultis conueniunt, quae apud Bollandianos T. V. Maji ad diem 23. p. 244. habentur, militant Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

que pro eorum sententia, qui *Desiderii* Martyrium Seculo III. *Vandalis* etiamnum Gentilibus annoque salutis 264. adsignant, contra eos, qui Seculum V. et *Vandalos* jam Arianos malunt. Utriusque Sententiae momenta habes *Galliae Christi*. T. IV. col. 512.

DCCL.

Codex membraneus lat. Sec. 59 XI. aut XII. incipientis Folior. 21. f. per duas columnas proberscriptus continet I. *Godescalci Monachi*, non illius turbulenti *Orbiacensis*, qui circa an. 870. obiit, sed alterius, et fortassis illius, cuius *Planctum de transitu domni Odilonis* Abb. Cluniacensis an. 1048. defuncti edidit *Andr. Duchesnius Biblioth. Cluniac.* p. 330. *Sermones duos apologeticos*, quorum prior incipit: *Ecce Crux creatoris. cum omnibus creaturis. in cruce saluandis. aut extra crucem damnandis. &c.* Ex quibus uerbis adparet, adfuisse hic olim *Crucis figuram*, et quidem, ut ex continuatione *Sermonis* liquidum fit, superne Angelis, inferne Diabolis, ad latus dextrum Iustis, ad finistrum Impiis stipatam. Fol. 2. p. 2. Autor praeceptoris sui meminit his uerbis: *Quod ille non bene perspexit, qui magistrum meum heinricum bonae memoriae in hoc Responsorio quod fecit. uidelicet Omnis lapis pretiosus reprehendit. ideo quia dixit idem Heinricus. omnis lapis pretiosus operimentum domini &c. Tandem Fol. 7. p. 2. ad se defendendum delabatur, quod in Sequen-*

2715

CODICES

2716

quentiola *Fecunda* uerbo de B. V. M. dixerit: *Vnius tria sunt facta Trinitatis opera. in carne de te sumpta. Angelus ne cadat. Homo lapsus hinc ut redeat. Temptator nec resurgat.* declaratque, quomodo salua religione et pietate de Christo dici possit: eum per carnem et crucem suam fecisse, *Angelus ne cadat.* Alter Sermo, qui incipit: *Sicut Dominus ihesus dei Patris uirtus et Sapientia precipit in euangelio &c.* pariter in refellendo Adversario, quem *Percussorem maxillae* vocat *Godescalcus*, insumitur. Negotium est de alia *Godescalci* Sequentia in Assumptionem Mariae. Hanc, dixerat ille, *nec corrumpi nec putredine solui* Optat *plebs fidelis domini et corona resurgentium nunc letari.* *Displicet*, prosequitur, *quod hic dixi optando. quod debueram dixisse affirmando eorum iudicio. uidelicet quod in ea. id est Domina nostra Maria iam completa sit resurrectione. ut sit corpore et anima in celo.* Quod pio corde credunt. pio ore in eam dicunt. qui eam diligunt. &c. Ille vero deinceps et Deiparam in conceptu originalem labem traxisse, et nondum resurrexisse contendit. Notabilis est *Fol. 11. p. 2.* inductio: *Si dominus herimannus contractus, cuius nomini quasdam Sequentias sicut Celi enarrant De apostolis. et illam de sancta Maria Magdalena.* Laus tibi criste quidam attritulant, *in hac tela dictando et docendo et modulando fuerat operatus. si dominus Notgerus monachus suas sequentias induxit in huius tele or-*

*natum. cur et ego peccator. tamen monachus et catholicus non inducerem in banc telam quod dedit Dominus. Electum cristi uas Dominus Herimannus de sancta cruce sequentiam Grates honos hierarchia. dicitur composuisse. ego uas abiectum. utinam eligendum. de sancta cruce ad illud All. Dulce lignum Sequentiam A solis ortu et occasu. docente domino composui. Dominus Notgerus de Apostolis Clare sanctorum senatus apostolorum composuit. ego de apostolis Celi enarrant idiota composui. Ille de Assumptione Sancte Marie Congaudent Angelorum. fecit. ego pusillus de eadem festiuitate hanc sequentiam quam nunc inter manus habemus Exulta exaltata composui in gratia sancti spiritus &c.* Ex hac inductione liquet *Godescalcum* nostrum *Hermannum Contracto*, qui an. 1054. et *Notgero Balbulo*, qui an. 912. obiit, posteriorem fuisse, tum *Hermannum* reapse facra Cantica composuisse, quod quidam in dubium revocant, demum *Notgeri* Sequentias hic citatas easdem esse, quas *Cl. Bern. Pezius* ex *Cod. S. Emerammi Ratisb. publici juris* fecit *Tbes. Anecd. nouiss. T. I. P. 1. col. 38. et 30. Fol. 12.* integra et quidem accentibus musicis pernotata inferitur vexata *Godescalci* Sequentia hoc initio: *Exulta exaltata super creata cuncta. Creatoris omnium Genitrix Dei Virgo uirginum Stella maris Maria Celi Regina mundi Domina &c.* Addit sub finem autor: *Ecce sequentia quam composui Docente Domino. ego qualiscun-*

2717

## H O M I L E T I C I

2718

*cunq̄ue idiota. ut dum Sequentia domni Notgeri sicut maioris sanctitate et scientia cantatur in Assumptione sancte Marie. sequentiola peccatoris Godeffcalci sicut minoris omnimodo cantetur ab his qui dignantur in octava Assumptionis Domine nostre. Qui vero dedignatur cantare. non debet eam uituperare &c.*

II. et quidem fol. 12. p. 2. sequitur: *Sermo de Sanctis Martyribus Hereneo (Irenaeo) et Abundio, qui incipit: Hodierna Festiuitate Sanctorum Martyrum Herenei et Abundii cupientes aliquid loqui ad honorem domini nostri ihesu christi, cuius testes sunt ipsi &c.* Paulo post eorum Confessio sic traditur: *Dominus nempe lucratus est per laurentium ypolitum. per ypolitum nutricem suam concordiam. et per concordiam hereneum. per hereneum Abundium. Hereneus namque cum audisset sancte concordie corpus in cloaca esse absconditum. aduocauit sibi uirum christianum nomine et merito Abundium. et tulerunt de cloaca beate concordie corpus sanctum. Pro quo facto iussu Valeriani (Imp.) in cloaca sunt ambo necati. Concludit Orator: Qui enim non ambulat in uia sanctorum. non intrabit in regnum. quo ducit uia sanctorum. Quod ut nos intrare mereamur. per hos sanctos precipue per Abundium cuius Corpus in monasterio lintburgensi Nos ibidem tenemus famulantes adiuuemur &c.* Monasterium lintburgense (Lindburb, Lintpurg, Limburg &c.) in Comitatu Leiningano Dioeceseos Spirensis a Conrado II. Imp.

anno 1033. Ordini S. B. fundatum fuit, ut passim tradunt Scriptores Rer. Germ. Codicis nostri Fol. 1. p. 2. antiqua manus adscripsit: *Rupertus abbas cenoby lympurgenfis in dyocesi spirensi natione teutonicus ex studio parisiensi ad lympurg uenit uir uita et conuersatione insignis eciam diuinis reuelacionibus meruit Plura scripsit In Cantica canticorum libros IIII. De contemptu mundi. Reuelacionum suarum De s. Johanne Baptista l. I. plures sermones Ex quibus et subsequentes creduntur de reliquys eiusdem ecclesie lympurgenfis Claruit sub henrico Imperatore Quinto Anno domini XI<sup>co</sup> i. e. MC. Trithemius, qui de Ruperto eadem testatur in Script. Eccl. subdit: *Scripsit quosdam Sermones de sanctis, quorum corpora vel patrocina in eodem Lymburgensi monasterio habebantur.* Itaque facile adducor, ut Rupertum et huius et sequentis de eodem Thematate Sermonis autorem credam, ita tamen, ut sequentem nondum Abbas composuerit.*

III. Inscribitur uero hic Sermo *De Sanctis Martyribus Hereneo et Habundio, incipitque: Quanta deuotione sancti quorum reliquias possidemus in ecclesia cui specialiter attitulati sumus a nobis sint honorandi &c.* Inter orandum ait ad Monachos, quos *Fratres et Dominos* adpellat: *Inter quos sanctos vestros speciales. beatum Habundium cuius corpus integrum excepto capite in ecclesia uestra possidetis speciali deuotione percolitis.* Ait item: *Sermonem suum scriptum*

O 2

ptum

2719

C O D I C E S

2720

ptum et lectum ab ipsis *domino abbate laudante* receptum fuisse. Sermo uterque prolixus et bonae frugis est, quem si nossent PP. *Bollandiani*, dubio procul, quae hic adnotavimus, ad diem VII. kal. Septembr. T. V. *Ab. SS. Mensis Aug.* p. 790. suis quoque de *Irenaeo* et *Abundio* Commentariis inferuissent.

## DCCLI.

296 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 116. f. probe scriptus, rubricis distinctus, bonaeque notae foliis IV. praevis sequentia continet Fragmenta: *Primo.* Sermonem de Dedicatione Ecclesiae, qui incipit: *Quoniam ad dedicationem presentis basilicae hodie deuote conuenistis* &c. Est is *Ivonis Carnotensis*, qui Seculum, quo Codex scriptus videtur, vivendo adtigit, habeturque in ejus *Opp. Paris.* per *Job. Frontonem* 1647. P. II. p. 269. f. sed in *Cod.* versus finem locus integer ab his verbis: *Hujus enim templi non manufacti tunc vera* &c. usque ad haec: *His igitur breuiter declaratis* &c. excidit. *Secundo.* Sermo inscriptus: *De sacramentis neophytorum*, cujus initium: *Quoniam populus ad fidem vocatus uisibilibus sacramentis* &c. itidem *Ivonis* P. II. p. 259. sed in *Cod.* non nisi ad verba: *quid agere deberent, admonuit dicens: Ite docete omnes gentes. predicate euangelium omni creature. Qui crediderit* &c. se porrigit. *Tertio.* Notitia brevis *Litaniarum* tam minorum quam ma-

jorum, cujus initium: *Letania grece latine dicitur rogatio* &c. Pars prior constat narratione *Gregorii Turonens.* de *Gestis Franc.* quam *Amalarius Fortunat.* in *Libri I. de Eccl. Offic. c. 37.* transtulit; posterior adhortatione Concilii *Aurelian.* quam habes in *Ivonis Decreto* P. IV. c. 40. paucis tamen mutatis. *Quarto.* Tractatio similis de *Pentecoste*, quae incipit: *Pentecostes grece latine dicitur quinquagesima dies.* Nam a *dominica pasce computantur quinquaginta dies usque in illam dominicam que est LXma* &c. Neque in *Ivone*, neque in aliis Scriptoribus *Off. Eccl.* qui ad manum sunt, inuenio. *Quinto.* Tractatio similis de *Natali Christi*, quae incipit: *Vigilie que a pastoribus in sacrosancta nocte natalis domini custodiebantur* &c. Pars prior ex *Ordine Rom.* et *Alcuino de div. Off.* deprompta est; Altera trium *Missarum* significatum, autore nescio quo, exponit. *Sexto.* Solvuntur binae *Quaestiones.* Prior: *utrum prespiteri excommunicati uel erethici possint dominicum corpus consecrare?* Altera: *si rectum sit quod campana cum sint res inanimatae a quibusdam crisnantur?* Utraque ex sensu Catholicorum. *Septimo.* Prolixus *Hieronymi* locus ex *Epistola ad Furiam de Servanda Viduitate.* Incipit: *Iunguntur ordines nostri* &c. Extat *Opp. edit. Valars.* T. I. col. 280. *Octavo.* Sermo inscriptus: *de Oratione dominica.* Initium: *Duo sunt karissimi que principaliter attendere debet humana circumspectio* &c. Est *Ivonis*

nis